

## LECCIÓN 25

## Pasiva de los tiempos compuestos

(Morf. núms. 21-22, págs. 126 y 128; Sint. núm. 10, pág. 142)

1. Confecta erant; confectum fuit; necatus est; necati essent; victus fuerit; victi erunt; vectae fuissent; vecta esset; relictus sunt; relictus fuerat.- 2. Dum haec in Hispania geruntur, C. Trebonius, qui ad oppugnationem Massaliae relictus erat, vineas turresque ad oppidum agere (*acercar*) instituit.- 3. Cum Caesar in Illyricum profectus esset, quod<sup>217</sup> eas quoque regiones cognoscere (*conocer*) volebat, subitum bellum in Gallia coortum est.- 4. Tantus clamor ortus est, ut elephantum in suos verterentur.- 5. Sive casu sive consilio deorum immortalium bellum feliciter confectum est.- 6. Corpus Ciceronis, qui ab Antonii militibus fuerat necatus, Romam ab eis vectum est.- 7. Socrates omnium sapientissimus<sup>218</sup> ab oraculo Apollinis est iudicatus.- 8. Cum id Caesari nuntiatum esset, maturat ab urbe proficisci (*salir*).- 9. Flaminius, quod neglexerat deorum voluntatem, ab hostibus victus est.- 10. Caesar milites cohortatus est ut suae pristinae virtutis memoriam retinerent.- 11. Pugnatum est<sup>219</sup> acriter ab utroque exercitu.

## VOCABULARIO

<b>acriter</b> , adv., <i>encarnizadamente</i> .	<b>nuntio</b> , 1, tr., <i>comunicar, anunciar</i> .
<b>Antonius</b> , -ii, n. pr., m., <i>Antonio</i> .	<b>omnis</b> , -e, adj./pron. indef., <i>todo</i> .
<b>Apollo</b> , -inis, n. pr., m., <i>Apolo</i> .	<b>oppidum</b> , -i, n., <i>plaza fuerte, ciudad</i> .
<b>bellum</b> , -i, n., <i>guerra</i> .	<b>oppugnatio</b> , -onis, f., <i>asedio, asalto</i> .
<b>Caesar</b> , -aris, n. pr., m., <i>César</i> .	<b>oraculum</b> , -i, n., <i>oráculo</i> .
<b>casus</b> , -us, m., <i>azar, casualidad</i> .	<b>orior</b> , <b>ortus sum</b> , dep., 4, intr., <i>originarse</i> .
<b>Cicero</b> , -onis, n. pr., m., <i>Cicerón</i> .	<b>pristinus</b> , -a, -um, adj., <i>antiguo, de antaño</i> .
<b>clamor</b> , -oris, m., <i>griterío</i> .	<b>proficiscor</b> , -fectus sum, dep., 3, intr., <i>marchar, partir</i> .
<b>cohortor</b> , 1, dep., tr., <i>exhortar, animar</i> .	<b>pugno</b> , 1, intr., <i>luchar</i> .
<b>conficio</b> , -feci, -fectum, 3m., <i>terminar</i> .	<b>quoque</b> , adv., <i>también</i> .
<b>consilium</b> , -ii, n., <i>voluntad, decisión</i> .	<b>regio</b> , -onis, f., <i>región</i> .
<b>coorior</b> , -ortus sum, dep., 4, intr., <i>estallar</i> .	<b>relinquo</b> , -liqui, -lictum, 3, tr., <i>dejar</i> .
<b>corpus</b> , -oris, n., <i>cuerpo</i> .	<b>retineo</b> , -tinuei, -tentum, 2, tr., <i>conservar</i> .
<b>deus</b> , -i, m., <i>dios</i> .	<b>Roma</b> , -ae, n. pr., f., <i>Roma</i> .
<b>dum</b> , conj. tempor., <i>mientras</i> .	<b>sapiens</b> , -ntis, adj., <i>sabio</i> .
<b>elephantus</b> , -i, m. y f., <i>elefante</i> .	<b>sive</b> , conj. disyunt., <i>ya, o</i> .
<b>exercitus</b> , -us, m., <i>ejército</i> .	<b>Socrates</b> , -is, n. pr., m., <i>Sócrates</i> .
<b>feliciter</b> , adv., <i>felizmente</i> .	<b>subitus</b> , -a, -um, adj., <i>repentino, súbito</i> .
<b>Flaminius</b> , -ii, n. pr., m., <i>Flaminio</i> .	<b>suus</b> , -a, -um, adj./pron. poses., <i>suyo</i> .
<b>Gallia</b> , -ae, n. pr., f., <i>la Galia</i> .	<b>tantus</b> , -a, -um, adj. demostr., <i>tan grande</i> .
<b>gero</b> , gessi, gestum, 3, tr., <i>hacer</i> .	<b>teneo</b> , tenui, tentum, 2, tr., <i>conservar, retener</i> .
<b>Hispania</b> , -ae, n. pr., f., <i>España</i> .	<b>Trebonius</b> , -ii, n. pr., m., <i>Trebonio</i> .
<b>hostis</b> , -is, m., <i>enemigo</i> .	<b>turris</b> , -is, f., <i>torre de madera</i> .
<b>Illyricum</b> , -i, n. pr., n., <i>Iliria</i> .	<b>urbs</b> , <b>urbis</b> , f., <i>ciudad</i> .
<b>immortalis</b> , -e, adj., <i>inmortal</i> .	<b>uterque</b> , <b>utraque</b> , <b>utrumque</b> , indef., <i>uno y otro</i> .
<b>instituo</b> , -ui, -utum, 3, tr., <i>decidir, disponer</i> .	<b>veho</b> , vexi, vectum, 3, tr., <i>llevar</i> .
<b>iudico</b> , 1, tr., <i>juzgar, considerar</i> .	<b>verto</b> , verti, versum, 3, tr., <i>girar, volver</i> .
<b>Massalia</b> , -ae, n. pr., f., <i>Marsella</i> .	<b>vinco</b> , vici, victum, 3, tr., <i>vencer</i> .
<b>matureo</b> , 1, intr., <i>apresurarse</i> .	<b>vinea</b> , -ae, f., <i>mantelete (máquina de guerra)</i> .
<b>memoria</b> , -ae, f., <i>recuerdo</i> .	<b>virtus</b> , -utis, f., <i>valor</i> .
<b>miles</b> , -itis, m., <i>soldado</i> .	<b>volo</b> , -ui, irreg., <i>querer</i> .
<b>neco</b> , 1, tr., <i>matar</i> .	<b>voluntas</b> , -atis, f., <i>voluntad, designio</i> .
<b>neglego</b> , neglexi, neglectum, 3, tr., <i>despreciar</i> .	

<sup>217</sup> **Quod**, conjunción<sup>218</sup> **Sapientissimus** aparece usado aquí con valor predicativo. Tradúzcase detrás del verbo. (Ver Sint. 8, C, pág. 141).<sup>219</sup> **Pugnatum est**, ver Sint. núm. 10, b), pág. 144.

## ERUDICIÓN DE PUBLIO ESCIPIÓN EMILIANO

P. Scipio Aemilianus, Pauli Macedonici filius, a tenera aetate Graecis litteris a Polybio, praestantis ingenii viro, eruditus est. Ex eius doctrina tantos fructus tulit, ut etiam maiores natu omni virtutum genere superaret.

## EL NIÑO Y EL DELFÍN

Cum puer quidam delphinum panis fragmentis allexisset, delphinus eum miro amore dilexit. Itaque, mane a puero inclamatus<sup>220</sup>, delphinus ex imo<sup>221</sup> mari annatabat atque, praebito<sup>222</sup> ei dorso, ut ascenderet, a Baiano litore Puteolos ad ludum ferebat. Vespere simili modo domum revehebat. Hoc officium per plures annos praestitit, sed, cum puer e vita excessisset, delphinus saepe ad locum consuetum ventitabat. Tandem pueri desiderio exstinctus inhumatusque est in eius sepulcro.

## AVENTURA DE ULISES Y SUS COMPAÑEROS EN LAS ISLAS EOLIAS

Cum Ulixes eiusque socii e Sicilia insula discessissent, in Aeolias insulas pervenerunt, ubi regnabat Aeolus, ventorum rex, qui Ulixem benigne domi<sup>223</sup> suae accepit. Refectis<sup>224</sup> viribus navibusque, rursus in eas conscenderunt. Aeolus, ut in patriam vento secundo navigarent, utrem, in quo omnes venti retinebantur, Ulixi dedit. Sed, cum omnes comites Ulixis iam in Ithacae insulae conspectu essent, existimantes<sup>225</sup> magnas divitias in utrem inclusas esse, aperuerunt. Statim venti soluti<sup>226</sup> ruerunt atque saevissima procella naves ad Aeoli litora rursus reiectae sunt. At ventorum rex stultis nautis hospitium praebere (*ofreecer*) noluit.

<sup>220</sup> **Inclamatus**, part. de perf. de **inclamo**, *llamar*. (Ver Sint. núm. 12, pág. 145).

<sup>221</sup> **Imo**, ver nota núm. 174, pág. 53.

<sup>222</sup> **Praebito**, part. de perf. de **praebeo**, *ofreecer*. (Ver Sint. núm. 12, pág. 145).

<sup>223</sup> **Domi suae**, ver Sint núm 7, a), pág. 140.

<sup>224</sup> **Refectis**, part. de perf. de **reficio**, *reparar*. (Ver Sint. núm. 12, pág. 145)

<sup>225</sup> **Existimantes magnas divitias in utrem inclusas esse**, *pensando que grandes tesoros habían sido encerrados en el odre...*

<sup>226</sup> **Soluti**, part. de perf. de **solvo**, *soltar*. (Ver Sint. núm. 12, pág. 145).

## LECCIÓN 26

### Participios de presente y de perfecto

(Morf. núm. 23, pág. 129; Sint. núm. 11, pág. 143)


1. Duci morienti victoria nuntiata est.- 2. Interdiu stellas non conspicimus, solis luce obscuratas.- 3. Helvetii, repentino eius adventu commoti, legatos ad eum mittunt.- 4. Tum M. Tullius consul, sive praesentiam Catilinae timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae.- 5. Caesar, exposito exercitu et loco castris idoneo capto, cohortibus X ad mare relictis et equitibus CCC, de tertia vigilia ad hostes contendit.- 6. Caesar, exploratis regionibus, albente caelo, omnes copias castris educit.- 7. Dionysius tyrannus, cultros tonsorios timens, candenti carbone sibi adurebat capillum.- 8. Caesar paucos dies<sup>227</sup> in eorum finibus moratus se in fines Ubiorum recepit.- 9. Indutiomarus veritus ne ab omnibus desereretur, legatos ad Caesarem mittit.- 10. Dux, oriente sole, e castris copias eduxit.

### VOCABULARIO

<b>aduro, -ussi, -ustum</b> , 3, tr., <i>quemar</i> .	<b>legatus, -i</b> , m., <i>legado</i> .
<b>adventus, -us</b> , m., <i>llegada</i> .	<b>locus, -i</b> , m., <i>lugar</i> .
<b>albeo</b> , 2, intr., <i>blanquear</i> .	<b>luculentus, -a, -um</b> , adj., <i>elocuente, brillante</i> .
<b>caelum, -i</b> , n., <i>cielo</i> .	<b>lux, lucis</b> , f., <i>luz</i> .
<b>Caesar, -aris</b> , n. pr., m., <i>César</i> .	<b>mare, -is</b> , n., <i>mar</i> .
<b>candens, -ntis</b> , adj., <i>encendido</i> .	<b>mitto, misi, missum</b> , 3, tr., <i>enviar</i> .
<b>capillum, -i</b> , n., <i>cabello</i> .	<b>morior, mortuus sum</b> , dep., 3, intr., <i>morir</i> .
<b>capio, cepi, captum</b> , 3m., tr., <i>elegir, tomar</i> .	<b>moror, moratus sum</b> , dep., 1, intr., <i>detenerse, permanecer</i> .
<b>carbo, -onis</b> , m., <i>tizón</i> .	<b>non</b> , adv., <i>no</i> .
<b>castra, -orum</b> , n. pl., <i>campamento</i> .	<b>nuntio</b> , 1, tr., <i>anunciar</i> .
<b>Catilina, -ae</b> , n. pr., m., <i>Catilina</i> .	<b>obscurus</b> , 1, tr., <i>ocultar</i> .
<b>cohors, -hortis</b> , f., <i>cohorte</i> .	<b>omnis, -e</b> , adj./pron. indef., <i>todo</i> .
<b>commoveo, -movi, -motum</b> , 2, tr., <i>mover</i> .	<b>oratio, -onis</b> , f., <i>discurso</i> .
<b>coniuratio, -onis</b> , f., <i>conjuración, conspiración</i> .	<b>orior, ortus sum</b> , dep., 4, intr., <i>salir</i> .
<b>conspicio, -pexi, -pectum</b> , 3m., tr., <i>ver</i> .	<b>paucus, -a, -um</b> , adj./pron. indef., <i>poco</i> .
<b>consul, -is</b> , m., <i>cónsul</i> .	<b>praesentia, -ae</b> , f., <i>presencia</i> .
<b>contendo, -tendi, -tentum</b> , 3, tr. e intr., <i>dirigirse</i> .	<b>recipio, -cepi, -ceptum</b> , 3m., tr., <i>sacar, recibir (recipere se, retirarse)</i> .
<b>copiae, -arum</b> , f. pl., <i>tropas</i> .	<b>regio, -onis</b> , f., <i>región</i> .
<b>cultrus, -i</b> , m., <i>navaja</i> .	<b>relinquo, -liqui, -lictum</b> , 3, tr., <i>dejar</i> .
<b>de</b> , prep. de abl., <i>durante</i> .	<b>repentinus, -a, -um</b> , adj., <i>repentino</i> .
<b>desero, -serui, -sertum</b> , 3, tr., <i>abandonar</i> .	<b>res, rei/publicus, -a, -um</b> = <i>república, Estado</i> .
<b>dies, -ei</b> , m. y f., <i>día</i> .	<b>sive</b> , conj. disyunt., <i>ya, o</i> .
<b>Dionysius, -ii</b> , n. pr., m., <i>Dionisio</i> .	<b>sol, solis</b> , m., <i>sol</i> .
<b>dux, ducis</b> , m., <i>jefe, general</i> .	<b>stella, -ae</b> , f., <i>estrella</i> .
<b>educo, -duxi, -ductum</b> , 3, tr., <i>sacar</i> .	<b>tertius, -a, -um</b> , numer., <i>tercero</i> .
<b>eques, -itis</b> , m., <i>jinete</i> .	<b>timeo, -ui</b> , 2, tr./intr., <i>temer</i> .
<b>exercitus, -us</b> , m., <i>ejército</i> .	<b>tonorius, -a, -um</b> , adj., <i>de barbero</i> .
<b>exploro</b> , 1, tr., <i>explorar</i> .	<b>Tullius, -ii</b> , n. pr., m., <i>Tulio</i> .
<b>expono, -sui, -situm</b> , 3, tr., <i>desembarcar</i> .	<b>tum</b> , adv., <i>entonces</i> .
<b>finis, -is</b> , m., <i>territorio, país</i> .	<b>tyrannus, -i</b> , m., <i>tirano</i> .
<b>habeo, -ui, -itum</b> , 2, tr., <i>tener, pronunciar</i> .	<b>Ubii, -orum</b> , m. pl., <i>los ubios</i> .
<b>Helvetii, -orum</b> , m. pl., <i>los helvecios (hoy, suizos)</i> .	<b>utilis, -e</b> , adj., <i>útil, provechoso</i> .
<b>hostis, -is</b> , m., <i>enemigo</i> .	<b>vereor, veritus sum</b> , dep., 2, intr., <i>temer</i> .
<b>idoneus, -a, -um</b> , adj., <i>adecuado, idóneo</i> .	<b>victoria, -ae</b> , f., <i>victoria</i> .
<b>Indutiomarus, -i</b> , n. pr., m., <i>Indutiomaro</i> .	<b>vigilia, -ae</b> , f., <i>vigilia</i> .
<b>interdiu</b> , adv., <i>de día</i> .	
<b>ira, -ae</b> , f., <i>ira</i> .	

<sup>227</sup> **Paucos dies**, ver nota núm. 41, pág. 32.

## OTRAS FRASES DE REPASO Y PROFUNDIZACIÓN



1. Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditioe ad eum miserunt.
2. Timeo Danaos et<sup>228</sup> dona ferentes.
3. Illum exercitum contemno, collectum ex senibus desperatis.
4. Milites, e loco superiore pilis missis, facile hostium phalangem perfregerunt.
5. Caesar, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit quae nondum flumen transierat.
6. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum qui<sup>229</sup> novissimum agmen moraretur praemisit.
7. T. Labienus, castris hostium potitus et ex loco superiore res in nostris castris gestas conspicatus, decimam legionem subsidio<sup>230</sup> nostris misit.
8. Caesar, legionibus in hibernacula deductis, in Italiam profectus est.
9. Scipione duce<sup>231</sup>, Numantia a Romanis deleta fuit.
10. Cicerone consule, coniuratio Catilinae patefacta est.
11. Hercules taurum saevum ingentemque, a Neptuno Minoi regi dono datum, retibus cepit, in humeris suis portavit atque domitum<sup>232</sup> liberavit.
12. Hostes territos nostri milites fugaverunt.
13. Darius autem, cum ex Europa in Asiam rediisset, hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit eique Datim praefecit.
14. At Pompeius, cognitis iis rebus quae Orici<sup>233</sup> atque Apolloniae erant gestae, Dyrrachio timens, diurnis nocturnisque itineribus eo<sup>234</sup> contendit.
15. Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accesit astu idque, nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit.
16. Deletis Teutonibus, Marius Cimbrorum devicit. Tunc Romae<sup>235</sup> civile bellum ortum est. Cum enim Sulla consul<sup>236</sup> contra Mithridatem missus esset, ei Marius illud imperium eripuit et imperatorem<sup>237</sup> se ipse fecit.
17. Omnibus Hispaniae gentibus subactis, Hannibal, ut bellum cum Romanis renovaretur, Saguntum, opulentam urbem, quae cum iis societatem fecerat, expugnavit. Saguntini se suosque ferro et igni occiderunt.
18. Galba, secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta, constituit in finibus hostium hiemare (*pasar el invierno*).
19. Trasylbulus cum classem ad Ciliciam appulisset neque satis diligenter in castris eius agerentur vigiliae, a barbaris eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.
20. P. Cornelius Scipio patrem singulari virtute servavit, nam, cum is in pugna apud Ticinum contra Hannibalem commissa graviter vulneratus esset, filius, interiecto corpore, e periculo patrem eripuit.

<sup>228</sup> **Et, incluso.** Esta partícula, según esto, aquí no tiene valor copulativo, sino intensivo.

<sup>229</sup> **Qui,** ver Sint. núm. 6, c), pág. 139

<sup>230</sup> **Subsidio nostris,** en ayuda de los nuestros.

<sup>231</sup> **Scipione duce,** ver, en Sint., la nota núm. 7, pág. 145. Esta misma construcción figura en la frases siguiente.

<sup>232</sup> **Domitum,** part. de perf. de **domo, domar.** Aquí tiene valor predicativo.

<sup>233</sup> **Orici/Apolloniae,** ver Sint. núm. 7 a), pág. 140.

<sup>234</sup> **Eo,** ver nota núm. 169, pág. 52. Lo mismo vale para **eo** de los números 21 y 22.

<sup>235</sup> **Romae,** ver Sint. núm. 7 a), pág. 140.

<sup>236</sup> **Consul,** complemento predicativo.

<sup>237</sup> **Imperatorem,** complemento predicativo.